



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 13. Emendatus versus quidam Horatianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Et Panyasis :

Ὡς αἱ ὀρθοὶ δὴ τῶν πᾶσι δ' ὄρονται εἶεν,
Πυθίων ὅχι μόνον, ἀλλ' ἑρμῆτος ὅχι χερσίων.

sed & libri testimoniorum pleni sunt, & exemplorum plena vita. illud tamen, voluptatibus, quod nos expungendum esse credimus, & Hermolaus, & Politianus agnoscunt.

Emendatus versus quidam Horatianus.

CAPVT XIII.

HORATII versus hi sunt è libro Odarum tertio,
Testu mearum centimanus gigas
Sententiarum notus, & integra
Tentator Orion Diana
Virginea domitus sagitta.

Eamq. scripturam veteres Grammatici comprobant: qui etiam centimanum gigantem Briareum accipiunt. ego autem in quibusdam non contemnendæ auctoritatis libris scriptum reperio, non *gigas*, sed *Gyges*. & sanè de Gyge illud etiam apud Ouid. legere meminisse.

Sphynxq. & Harpyias, serpentipedesq. gigantes,

Centimanumq. Gygen, semibouemq. virum.

Hesiodus quoque Cæli & Terræ filios facit Cottum, Briareum, & Gygen, centenis singulos manibus, quinquagenis capitibus metuendos:

Ἄλλοι δ' αὖ γαῖης τε καὶ ἕρηνῃ ἐξέσσοντο

Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ἀμβεμοί, ἐν ὀνομασί,

Κνήθη τε Βελάρως τε, Γύγης δ' ἑσσηφανα τέκνα.

Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων αἰσούντο

Ἀπλάσοι, κηφαλαὶ δ' ἐκάστω πεντήκοντα

Ἐξ ὤμων ἐπέθυγον.

Sed & iam pridem admonui, scriptum esse in quibusdam veteribus libris, Gyas: meq. de eo amplius querendum

Mureti
ria Lectione
LIII
25

rendum putare. quanquam enim mihi nouum erat illud nomen; tamen ne eam quidem varietatem aut diuisulam, aut contemnendam esse ducebam. Neper ergo cum Apollodori bibliothecam, quæ tunc primum in meas manus venerat, percurrerem: in ipso statim principio hæc ceperi: Ουρανὸς πατὴρ οὐρανῶν καὶ γῆς, καὶ ἀστεράων ἀπὸ τῆς οὐρανῆς. γῆμος δὲ γῆ, ἀπέκλυσε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν γένος ἀπὸ τῆς γῆς, Βερίερον, Γύνν, Κοῖον. quæ uerba ita reddidit Benedictus Ægius Spoletinus: Cæsar primus orbis uniuersi imperio præfuit, qui ducta uere Tellure priores ex ea filios sustulit, quos Centiminos appellarunt, Briareum, Gyan, ac Cæum. quæ uerba apud Hesiodum in iis, quos citauimus, uersibus, quædam optima notæ exemplaria non Γύνν habent, sed Γύνν

Correcti apud Ciceronem Ennij uersus.

CAPVT XIII

ENNII uersus de Q. Fabio Maximo ita uulgatus apud Ciceronem legitur:

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo postq̄, magisq̄, uiri nunc gloria claret.

sed in multis ueteribus libris eorum postremus ita scriptus est,

Ergo magisq̄, uiri nunc gloria claret.

ut valde uerear, ne quis, ut uersum, ad cuius memoriam aliquid deesse uidebat, expleret, de suo addiderit illud, *postq̄*. ego autem potius crediderim, illud, *magisq̄*, geminandum esse. non raro enim contigit, ut eæ uoces, quæ geminandæ erant, semel tantum ab imperitis librariis ponerentur. notum est autem, magis magis, & magis magisque, sæpe ab antiquis scriptoribus